



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Calendarivm Novum & Antiquum

Thomas <von Kempen>

Coloniae, 1651

Febrvarivs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55129)

NOVVM, ET ANTIQ. 11

quillitatem, qui nec laudes curat, nec vituperia. Non es sanctior, si laudaris: nec vilior, si tu vituperaris. Quod es hoc es: nec maior dici vales, quam (Deo teste) sis, l. 2. c. 6.

Prid. 31 Nihil Deo acceptius, nihil tibi salubrius in mundo isto, quam libenter pati pro Christo l. 2. c. 12.

Dies mensis

FEBRVARIVS.

Kal. 1. HÆC est altissima & utilissima lectio sui ipsius vera cognitio & despectio, l. 1. c. 2.

IV. 2 Non magni pendas, quis pro te vel contra te sit: sed hoc age & cura, vt DEVS tecum sit in omni re, quam facis, l. 2. c. 2.

III. 3 Merito deberes libenter modicum pati pro Christo, cum multj grauiora patiantur pro mundo, l. 2. c. 12.

Prid. 4. Scientes libenter volunt videri & sapientes dici, l. 1. c. 2.

Non, 5. Homo internus cito se recolligit; quia nunquam se totum ad

- ad exteriora effundit, l. 2. c. 1.
- VIII. 6 Si mundum amo, felicitatibus mundi congaudeo, & de aduersitatibus eius tristor, l. 3. c. 53.
- VII. 7 Si fuerit tecum IESVS, nullus poterit nocere inimicus, l. 1. c. 8.
- VI. 8 Quis tu, vt timeas á mortali homine iudicari? Hodie est, & cras non comparet, l. 3. c. 47.
- V 9 Habeas bonam conscientiam, & DEUS bene te defendabit l. 2. c. 2.
- IV 10 Bonum est nobis, quod aliquando habemus aliquas grauitates & contrarietates, l. 1. c. 12.
- III 11 Purus, simplex, & stabilis Spiritus in multis operibus non dissipatur, l. 1. c. 3.
- Prid. 12 Raro totus liber quis inuenitur á nauo propriae exquisi- tionis, l. 3. c. 38.
- Idib. 13 Multi occultè seipfos querunt in rebus, quas agunt, & nesciunt, l. 1. c. 14.

Pone

- XVI. 14 Pone totam fiduciam tuam  
in Domino, & fit ipse timor  
tuus, & amor tuus, l. 2. c. 1.
- XV 15 Multi quærunt, quis maior sit  
in regno Dei, qui ignorant, an  
cum minimis erunt digni com-  
putari, l. 3. c. 58.
- XIV. 16 Vigila super te ipsum, excita  
te ipsum, admone te ipsum:  
& quidquid de alijs sit. non  
negligas te ipsum, l. 1. c. 25.
- XIII 17 Oportet te aliorum grauiora  
ad mentem reducere, vt leuius  
feras tua minima, l. 3. c. 21.
- XII 18 Homo pacificus plus prodest.  
quam bene doctus, l. 2. c. 3.
- XI 19 Fallax fallacem, vanus vanum,  
cæcus cæcum, infirmus infir-  
mum decipit, dum exaltat: &  
veraciter magis confundit,  
dum inaniter laudat, l. 3. c. 55.
- X 20 Illa studeas magis cauere, &  
vincere, quæ tibi frequentius  
in alijs duplicent, l. 1. c. 25.
- IX 21 Humanum ne metuas iu-  
dicium, vbi te conscientia piû  
reddit & infontem, l. 3. c. 41.

- VIII. 22. Soli Deo & angelis eius opta familiaris esse: & hominum notitiam deuita, l. 1. c. 8.
- VII. 23. Satis citò sentimus, & ponderamus. quod ab alijs sustinemus: sed quantum alijs à nobis sustinent, non aduertimus, l. 2. c. 5.
- VI. 24. Si ambulas ab intrà, non multum ponderabis volantia verba, l. 3. c. 33.
- V. 25. Memento semper finis, & quod perditum non redit tempus. l. 1. c. 25.
- IV. 26. Non est magna fiducia ponenda in homine fragili & mortali, etiam si utilis sit & dilectus: neque tristitia multa capienda ex hoc, si interdum aduersetur & contradicat, l. 2. c. 1.
- III. 27. Putas quòd semper habebis pro tua voluntate consolationes spirituales l. 3. c. 40.
- Præid. 28. Vult DEVS, vt tribulationem sine consolatione discas pati: & vs. illi totaliter te subijcias, &

NOVVM, ET ANTIQ. IS  
& humilior ex tribulatione fi-  
as, l. 2. c. 12.

Dies  
mensis

## MARTIVS.

- Kal. 1 **N**ON est aliquis ordo tam  
sanctus, nec locus tam se-  
cretus, vbi non sint tentatio-  
nes, vel aduersitates, l. 1. c. 13.
- VI. 2 Quam felix & prudens, quō  
talis nunc nititur esse in vita,  
qualis optat inveniri in morte,  
l. 1. c. 23.
- V. 3 Nimis casualiter stat, qui non  
proiecit omnem sollicitudinem  
in te Domine, l. 3. c. 19.
- IV. 4 Homines fumus, nec aliud,  
quam fragiles homines sumus,  
etiamsi angeli à multis æstima-  
mur, & dicimur, l. 3. c. 70.
- III 5 Eâdem re vnde quis delectatio-  
nem concipit, inde doloris pœ-  
nam frequenter recipit, l. 3, c.  
13.
- Prid. 6 Omnibus ergo perlectis &  
scrutatis, sit ista finalis con-  
clu-